

MELCZER JÁNOS ISMERETLEN STRASZBURGI DISSERTATIÓJA 1595-BŐL.

Közli : MELCZER ISTVÁN.

Eperjesi Melczer Jánost Fraknói Vilmos kitünő történetírónk: «a hazai és külföldi iskolázás a XVI. században» című nagybecsű munkájában nem említi. A straszburgi főiskola XVI. századbeli magyarországi tanulóiról szóló fejezetében sem neve, sem dissertatiójának a címe nem fordul elő. Érdekesnek tartom azért ezen hazánkfiának 1595-ben, Straszburgban megjelent dissertatióját, melyet Ráth György kir. táblai tanácselnök úr nagybecsű könyvtárából szives liberalitással engedett át használatomra, itt ismertetni s az ebben foglalt ajánló levelet, továbbá a kellemesi Melczer család levéltárában fönmaradt, a dissertatió írójára vonatkozó eredeti okmányokat, mint adalékokat a külföldi iskolázás XVI-dik századbeli történetéhez, itt közzétenni.

A dissertatió latin nyelven van írva s 4-edrétben a következő czímmel bír : «*Theses De Personis Sui Juris, In Tutorum, cvratorum, Vel Nevrorum Potestate constitutis. Desumptae Ex lib. I. Institutionum XIV. posterioribus titulis, additis Digestorum et Codicis materjis selectioribus. Quas D. O. M. A. E. F. Praeside D. DIONYSIO GOTHOFREDO Ic. et in Celeberrima Argentinensium Academia Professore Discutientas Publice Proponit et pro ingenii viribus defendet JOANNES MELCERVS EPERIESZY Nob. Vngarus. Mense Julio. Argentorati, Excudebat Antonius Bertramus M. D. XCV.*» A következő levélen (A₂) az ajánlás következik, melyet az értekező Eperjesi Melczer János nagybátyjához : «Nobilissimo Domino Joanni Eperieszy, Domino et patruo summa observantia co-

lendo» czim alatt intéz, s mely egész levelet vesz igénybe; ezután jönnek a megvitatandó «*Thesis*»-ek, szám szerint 166, vagyis a tulajdonképeni dissertatió, mely 15 levélre terjed s Finissel végződik. — Az utolsó két levélen ($E_3 + 1$) két epigramma van» «Christophorus Strassius a Bialoczovv»-tól és «Georgius Haunschildt a Firstenfeldt Morauus»-tól, «Ad Nobilissimum Iuvenem Joannem Melcervm Eperieszy», s ezzel a munka végződik. A czimlappal együtt 20 számozatlan levél, $A - A_3 + 1 + B - B_3 + 1 + C - C_3 + 1 + D - D_3 + 1 + E - E_3 + 1 = 20$ levél. E szerint a dissertatió Straszburgban, hol Eperjesi Melczer János egyetemi tanulmányait végezte, 1595. június havában, Bertranus Antal nyomdájában jelent meg, az ajánló levél pedig, melyet az értekező hasonló nevű nagybátyjához intézett, ki gyermekkorától fogva gondját viselte, s az alsóbb iskolákban úgy, mint egyetemi tanulmányaiban anyagilag támogatta, Straszburgban 1595. június 23-án kelt.

Ezen ajánlólevelet, mely az értekező családi, műveltségi és az akkori iskolai viszonyokra egyaránt világot vet, egész terjedelmében a következőkben adjuk:

I.

«Nobilissimo domino Joanni Eperjeszy, domino et patruo summa observantia colendo. S. P. D. Vere, nobilissime domine patrué, nimiumque vere, meo quidem tenui iudicio, Seneca vir omnium calculo punctoque magnus, acutus, gravis inquit: Magna vitae pars elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota aliud agentibus. Si namque rem paululum accuratius ad sacoma appendere, et iustiore, quod aiunt, trutina examinare voluerimus: luce eam meridiana clariorem deprehendemus. Rari quippe boni, ait poeta, numero sunt vix totidem, quot Thebarum portae, et praedivitis ostia Nili: perversi contra innumeri: qui ingenio malo pravoque, nil nisi male agunt, aut inutilia terrae pondera fruges consumere nati sunt, aut alienis se negotiis ingerunt, suum interim officium negligunt. Et meliores inter mortales, quotus quisque est, qui commissa sibi munia, ea qua opus est cura, studio, et vigilantia exequatur? quotus quisque Spartam, quam nactus est, ea qua decet animi magnitudine et dexteritate ornat? quotus quisque est qui non in diem vivat? qui non quomodocunque de meliore deteriore nota commendetur susque deque ferat? qui

quod Plato monet, non sibi solum se natum esse perpendat? qui patriae inseruire reique publicae opem ferre aliquando, re, opera, consilio, cupiat? qui temporis pretiosissimi et irreparabilis boni rationem quantulameunque habeat? Zeno Stoicorum Principum haud infimus tam multa hominibus agenda incumbere dicebat, vt nihil ipsis magis abesse tempore affirmaret. Ita enim natura comparatum est, vt non exiguam temporis partem somnus sibi postulet, et alterna requies homini non minus quam alimonia vitae necessaria: iam quae labori pars et studiis est reliqua, partim errore teritur, partim correctione et emendatione insumitur, neque unquam quod semel elapsum est tempus revertitur, ut non immerito πολιτελέστατον' ανάλωμα pretiosissimum impendium appelletur. At quorsum haec? Quorsum? Animum d. tuae vere paternum erga me testatum ut faciant, quae me à nobilissimo domino parente in curam et tutelam quasi de manu in manum suscepit: susceptum annos iam aliquot vnice commendatum habuit, *neque trivialibus saltem in scholis quibusdam in linguarum et bonarum artium studijs, quae Delphici instar gladii sunt, ad virtutem erudiri et instrui curavit: sed etiam in Academicis tamquam officinas illarum, et mercaturam vberiorum ablegat: et ne dicam maxima aut magna, sed ne minima quidem pars vitae mihi pereat, diligenter cauit et adhuc cauet.* Singulae enim litterae d. tuae me monent, hortantur, admonent, adhortantur, et ita quidem admonent atque adhortantur, vt rebus aliis omnibus posthabitis hoc agam, quo mea vtilitas eluceat, et ad virtutem non solum fenestra, verum etiam lata porta aperiat: praesertim cum vera nobilitas non in fumosis imaginibus, aut stemmate multis illigato flexuris consistat, sed potius a virtute et sapientia animique perfectione originem trahat, et auctoritatem suam accipiat. Quid ergo mei vicissim officii esse statuam? Animi grati indicium quantum pro virili possum denuo vt edam: et Aeschinis exemplum qui et Alcibiadis parem divitiis animum vicit, et reliquos quantumvis opibus pollentes parasangis multis praecurrit, imiter. Quemadmodum Socrati enim cum a variis varia pro ratione cuiusque facultatum munera offerrentur, solus nihil quod daret dignum haberet, seipsum totum tradidit, atque vt melior redderetur hac ratione effecit: sic et ego d. tuae me tradam et totum tradam, promptusque ad parendum in omnibus omni officio-

rum genere praestando, deuinctum reddam. Vt enim maxima d. tuae in me beneficia esse agnosco, et maiora fieri non potuisse lubens fateor: ita celebrare eadem, quam diu lucis hac vsura frui mihi continget, et volo et debeo: quod d. tua velut alter parens mihi sit, et quasi ex alta specula lynceis me semper oculis intueatur, de necessariis mihi rebus prouideat, fieri me in dies meliorem curet, et optimas bene beateque vivendi rationes mihi demonstrat et procuret. Quid enim est aliud vel certe esse debet nostrum viuere et anima frui, quam in linguis et artibus liberalibus tabernaculo aliquo fix mam extendere factis? Fontem revera caelata opera, si coeno refertus sit, haud commendabunt. Quare cum totus in aere d. tuae sim, *Χρησει και κτησει, me quoque vna cum hisce de tutela et cura positionibus d. tuae offero, dedico, addico* et thesium quidem veritatem cum vtilitate ac necessitate coniunctam, pro ingenii viribus (quae perimbecilles adhuc) respondendo Defendere, et decenter vivendo exprimere conor atque conabor: me vero etiam nunc iterum atque iterum in tutelam et curam d. tuae commendo, vtque hasce theses observantiae meae testes perpetuos futuras, hilari, serenaque fronte suscipere ac, me pari amore et benevolentia qua hactenus, fovere, complecti, tueri non dedignetur, etiam atque etiam rogo et oro. His optime felicissimeque d. tuam DEVS OPT. MAX. incolumen diutissime vt conservet, ex animo precor. Argentorati IX. Cal. Iulii. Anno epochae Christianae M.D.XCV. N. d. tuae observantissimus studiosissimusque cliens Ioannes Melcerus Eperjeszy.»

Ezen ajánló levélnél, melyet magas tudományos becsvágy, s a rokoni kegyelet hálás érzelmei sugaltak, sokkal érdekesebb Melcer Jánosnak azon levele, melyet Straszburgból ez évi szeptember 14-én Eperjesen lakó atyjának a dissertatió oeconomiajáról irt, s melyet a Melcer család levéltárából alább egész terjedelmében közlünk.

Ezen levélben azt írja Melcer János atyjának, Melcer Péternek, hogy utolsó levelét akkor kapta meg, mikor a dissertatió correcturáját már harmadszor megcsinálta, mikor az ajánló levél, sőt a czímlap kinyomatásával is elkészült, szóval mikor munkája a sajtó alól már kikerült.

Kéri továbbá atyját, hogy dissertatióját oszszá szét a megyében és az ismerősök közt, miből következtethetjük, hogy a könyv-

szállitmánynak ez volt a kísérő levele. Végül arra kéri atyját, hogy küldje meg neki a család czimerét, hogy ezt alkalmilag kőbe vagy pecsétgyűrűjébe vésethesse, mivel Straszburgban igen ügyes metszők vannak. Ezen érdekes levél egész terjedelmében így hangzik :

S. P. D.

«Quarta sane (quod aiunt) luna, priusquam literas d. tuae accepissem, me quoque natum esse, omnino suspicatus eram, Gene-rose nobilissimeque domine parens; cum, quod multis ijsque variis cogitationibus distentus distractusque interea tenebar, premebar, fermeque iam opprimeber: tum, quod unde auxilium tam subitum Pegaso aliquo velocius celeriusque mihi veniret, non videbam: nec vero illud etiam reperire licebat. Sed non minus tamen illius Horatii memor:

Inter spem curamque timores inter et iras,
Omnem crede diem tibi illuxisse supremum:

(Grata superveniet, quae non sperabitur, hora,
mihi quoque aliquando eventurum confisus fui. Multa siquidem multis, praeter spem bona evenisse, nemini incognitum. Quod ipsum etiam mihi praeter omnem expectationem meam accidit: quin maior quoque, qua unquam mente mea conceperam, lux, pridie Calend. Septembris stylo veteri, illuxit. Atque eo iucundior chariorque, quod ex insperatis, teste Euripide, gratia hominibus potius, quam exspectatis appareat. Nam sane supremo in ipso tempore, longe gratissimae, opatissimae, incundissimaeque literae d. tuae mihi redditae sunt: quae si vel quadrantem horulae detentae fuissent, gaudio illi summo laetitioque incredibili aliquid detraxissent. *Cum ter iam correctis a me typi mendis, a typographo iam iam ultima manus admovenda epistolae dedicatoriae esset: atque ita eius inscriptio titulusque generaliter ut et ipsae literae conscriptae, proeli incudi tradita. excisaeque in publicum prodijssset.* Qui domini in illa a me compellati, si, uti spero, laborem meum (ne dicam sumptus) si in aliis superioribus meis thesibus, in praesentibus profecto, sive numerus, sive pondus spectetur, maximum, (nihil enim d. Gothofredus perperam aut superfluum poni voluit) aequi bonique consulturi fuissent: nunc conuenienti titulo opposito eo magis id facturos mihi persuadeo. Optassem autem peroptassemque citius etiam aliquanto literas d. tuae, in

quibus Titulus comprehensus fuit, mihi redditus fuisse, multo enim melius faciliusque intra cancellos et limites me continere potuissem, neque in tam latum campum exspatiatus fuisset. Verumtamen ita quoque minime indignas fortassis se nomine suo theses hos iudicabunt. Quid enim reipub. adeo magis legibus et consuetudine salutare est? Quid magistratus pariter et subditos in officio continet? *Lex, opinor, et consuetudo.* Quid viam ad sacratissimos Justitiae rivulos fontesque patefacit, munit, conservat? Lex et consuetudo. Quid respub. dynastias, regna, imperia constituit bene constituta, auget aucta: in fastigium supremum locat et erigit? Lex certe et consuetudo. Ad has iniuria affecti, tamquam ad asylum et aram currunt, tutique sunt sub harum praesidio omnes Orphicam: vitam amplexantes. His autem exulantibus, Radamantheum ubi iudicium administratur, nonne cum mera sint et lata latrocinia, inter feras satius est aetatem degere, quam in tanta immani immanitate, barbaraque barbarie versari: ubi chaos immensum, similis est reipub. navigio medijs in fluctibus sine nauclero: ubique ut Ovidius inquit: Vivitur ex raptu, non hospes ab hospite tutus.

Non socer a genero: fratrum quoque gratia rara est. Senserunt hoc et sapienter praeviderunt veteres illi Persae, (quem ob morem etiam antiquitus receptum encomiis summis celebrantur) qui filios regis sui, quos ad successionem venturos sperabant, in legibus et consuetudinibus patrijs instrui diligentissime curarunt: nec ante quemquam solium occupare regium passi sunt, priusquam *decreta et iura patria* optime pernouisset et perdidicisset. Laudatur quoque Alexander eo Seuerus, quod nullas nec publicas nec privatas res suas nisi coryphaeo Vlpiano aliisque Ictis conscijs, bene, prudenter, feliciterque administraverit. *Quod hodieque in bene ordinatis, constitutisque rebus pub. non omittitur.* Imo nec potest, nec debet ulla respub. (nedum Christiana) sine legibus esse, modo illae ne sint aranearum telis similes, quae dent veniam corvis: nota d. tuae caetera: Sin vero in meis thesibus opinioni fortassis quorundam a me satisfactum non erit, aut etiam error aliquis commissus videbitur: iuvenili imbecillitati id fragilitaque meae: (homo enim sum, ut comici utar dicto, nec humani a me quicquam alienum puto) sin vero etiam dignis dignum quid auribus elaboratumque industria (uti merito fieri debuisset) invenerint: amori, observantiae, *pietatisque meae in patriam* ascri-

bant, velim. Quod ad me attinet, cum diligentiam conscribendis pro virili nauauerim sedulam: si illis placebunt, quorum sub auspiciis in lucem prodierunt, optatum me finem assecutum esse lubens praedicabo: sin minus, ingenii tamen mei excolendi (non ostentandi: scio etenim quam sit mihi domi curta supellex) gratia, hanc conscripsisse disputationem, haut poenitebit: et vero etiam officia debita et apellam qualemcumque meam, meque adeo ipsum commendasse non inconueniens putabitur. Neque mihi adhuc dubium fit, quin si forte vitilitigatores aliqui liuiduli Theonino dente rodere carboneque notare mea voluerint: futuri etiam non pauci sint, quibus propositum hoc meum bonum placebit, probabitur, ac cordi quoque futurum est. Quid enim exercitijs his utilius, quid melius, quidue magis necessarium? Nunquam certe mens (teste Eleno) altius inquirat, quam ubi suae opinionis oppugnatores exspectat: nunquam diligentius propositum suum confirmat, quam ubi haesitare turpe iudicat: nunquam denique acutius et accuratius omnia considerat, quam ubi aduersarius, ut cedat, urget: ipse contra ut victoriam obtineat, omnes ingenij vires intendit. Quid etiam de huiusmodi exercitijs sentiendum sit, docet Carolus quartus imperator et linguarum et literarum peritissimus: qui cum (ut Cuspinianus refert) in academia Pragensi, quam ipse fundarat, quatuor integras horas disputationi interfuisset, doctorum colloquijs (cum a consiliarijs tempus prandij instare admoneretur) non secus ut prandio vel coena oblectari pascique se dixit. Probat hoc Hesiodus, qui non immerito a Ioue eiusmodi contentionem hominibus inditam insitamque esse asserit. Approbant veterum Jureconsultorum disputationes. Neque tamen friuolas hic illas et nullius momenti ventilationes approbo, quae ob verbum unum logomachias summas pariunt: seque ipsas tricis tot tandem inuoluunt, ut qui eas replicet, Delio natatore opus habeant. Veritas quandoquidem his non indagatur, sed potius amittitur. Porro theses istas distribuendas d. tua ordine curabit in conuentu et consessu comitatus nostri publico, vel quemadmodum d. tuae optimum factu videbitur: salute simul plurima, et officiorum meorum promptorum commemoratione addita: spe quoque et expectatione illis facta: hilari serenaque fronte haec suscipientibus; meliora, maiora, perfectioraque mittendi, imponam studijs cum colophona meis. Scribentem enim, ut Ouidius canit,

Incitat ipse fauor, minuitque laborem :

Cumque suo crescens pectore feruet opus.

Boni interim haec rogo consulant : donec iudicium firmiter accerit. Dedissem ad illos literarum aliquid vel in genere ad omnes, vel ad aliquos tantum : verum omittendum satius certo consilio existimavi : cum etiam ex praefatione mentem meam commode quibus percipere et intelligere possit. Sed de his satis superque iam ad literas d. tuae propius accedam.

Laetor autem primum et ex animo laetor, votis optatisque meis auram plane benignam affulsisse, quod diligentiae etiam meae in excolendo fundo ingenij fructus et fruges licet immaturas d. tuae una cum dno patruo aliisque bonis placere intelligim. Quod copiosae literae d. v. demonstrant ; quae propositum meum laudent, celebrant, praedicant. Quod inde puto proficiscitur, quia non potest ulla maior esse patri voluptas, quam (qualis utinam ego sim) prudentem atque temperantem aliquem de se videre progenitum, ut Menandri verbis utar quare cur non omnibus loetitij loetus ego quoque sim ; cum nullus teste eodem suauior sit sermo, quam qui prolatus a patre laudes eius continet ? Etenim si Naevianus ille Hector ob virtutes singulares animi a patre laudatus, his egregijs verbis ad eum usus est : Loetus sum, inquit, laudari me abs te pater laudato viro : recteque et obscuri hominis ore profectas laudes sordidas esse alij arbitrati sunt : quanti obsecro D. tua clientulum et filium obsequentissimum laudes nobilissimi atque praestantissimi parentis aestimaturum putat ? Licet autem metam cursu optatam nondum attigerim : voluntas tamen, labor, industria mihi nunquam (DEO adiuuante) eo deerunt. Alphonsum itaque Arragonum regem imitatus (qui a Luca, medico eloquentissimo disertissimoque viro heroicis laudibus oratione eleganti cum celebraretur, dixisse fertur : Si vera sunt Lucas, quae de me praedicant, DEO OPT. MAX. gratias ago : sin aliter, vera ut isthaec faciat, oro atque obsecro) gratias quas animo complecti possum maximas et immortales DEO omnipotenti ago, quod sui Spiritus Sancti gratia mihi huc usque adesse voluerit ; rogo eundem ne unquam eam mihi subtrahere, sed indies augere atque fouere dignetur : studijs meis etiam quod deest, ipse addere velit. Pro amore autem et benevolentia d. tuae plus quam paterna, qua me complecti dignatur : *cum quod me in iure nostro patrio erudire*

et instruere voluit : tum quod munus non meo meque sed splendore suo dignum largita est : ac quod noua (licet tristia) mihi significauit, quas quaeso gratias referam ? Verba profecto me deficiunt. Incredibili me Christe, noua, et antehac inaudita laetitia literae me d. tuae affecerunt : (diu enim expectatae desiderio meo superflue satisfecerunt) ita ut iam si quid in me sit virium, diligentiae, industriae, id totum in studia resque alias, quibus d. tuae vel in minimo gaudio et voluptati me esse posse existimarem, nunquam conferre sim intermissurus. Mirari autem satis nequeo, quod etiamsi panicus terror (non immerito) illos inuaserit ; adeo somnolenter omnia a nostris peragantur. De domini patrum in me collatis beneficiis quid scribam ? quae talia tantaque sunt, ut non modo ego illa, sedne Tullius quidem ipse recensere possit. Quare cum nemo usquam gentium ea enumerare potis sit : tacere quam aliquid insufficienter de illis referre, satius esse duco. Sumptus quos ad tempus mihi misit, necdum redditi, nec quando reddendi sint, adhuc teneo : verum ille nihil minus est quam in mora : qui adhuc Calend. Aprilibus mihi miserit. Rogo itaque d. tuam etiam atque etiam, ut quacunque in re illi gratificari potest, prompta quoque ac parata sit. Soli estis germani : soli feri alteri. Veniat in mentem (quod praecipue dignum notatu ex Herodoti lectione iudicaui) Intaphernis uxoris, cui cum a Dario unius vitam seruandi e tota familia potestas data esset : fratrem elegit. Demirante vero rege causamque seiscitante : Alius, inquit, maritus, alii liberi, si DEUS volet, possunt contingere : alium fratrem, parentibus vita defunctis, non est quod sperem. Si etiam stemma et insigne nostrum vivis depictum coloribus mihi D. Tua mittere posset, rem non minus utilem quam iucundam mihi faceret. Occasione enim tempore commodo oblato, in lapidem, imo forte et anulum confici signatorium, cum hic aurifices periti habeantur : coelari sculpique curarem. Ad orationes quod attinet, libenter eas misissem : verum cum alias hic fasciculus grandis futurus sit : in aliud tempus commodius reservandum putauit. De occasione transmittendi literas, in superioribus literis mentionem feci. Noua hic nulla, praeterquam legatos regis Galliarum et aliorum etiam principum imperii adesse, qui controversias episcopatus huiusce componere conantur. Conscribi quoque milites : et iam peditum quatuor millia in vico miliare Italicum distante (quorum tamen delectus nondum est habitus)

parata esse. Equites etiam principis Turlacensis huc adueniunt, quae cohortes omnes in Galliam mitti dicantur. Quod reliquum est, DEUM OPT. MAX. ex intimi animi suspiriis votisque precor, ut d. tuam, (praesertim cum tam varia et fragilis sit vitae nostrae conditio, ut vere quis exclamare possit: o inanes nostras cogitationes: o fallacem hominum spem: o lubrica vitae humanae curricula: quod ex fato nob. dom. Lucae Fein adfinis nostri etiam videre est, qui nuncius vehementer mirus dolendusque mihi tam subito auditu accidit) saluam incolumem, bonisque omnibus cumulatam diutissime servet atque conseruet. Vale nobilissime domine parens felicissime et optime. Argentorato, Pridie Idus Septembr. Anno Iyurgiae Christianae. MDXCV. — G. d. tuae — obsequentissimus filius et cliens — Ioannes Melcerus Eperiesy mpria.»

—
Külső czim: Generoso et egregio viro domino Petro Melcero etc. domino atque parenti summa obseruantia colendo. Eperies.

(Eredetiye papiron a kellemesi Melczer család levéltárában Budapesten.)

Ezen levélen kívül a Melczer család levéltárában találjuk még a páduai egyetem bizonyáglevelét arról, hogy Eperjesi Melczer János 1600-ban a páduai egyetem anyakönyvébe volt beírva. Ezen bizonyítványt, mint adalékot a hazai iskolázás történetéhez egész terjedelmében a következőkben adjuk:

«Nos Salustius Dionisius Veronensis, almae universitatis D. D. iuristarum Patauini gymnasii syndicus et prorektor, universis et singulis fidem facimus & attestamus, quod infrascriptus est noster scholasticus descriptus in matricula, et ob id gaudet omnibus et quibuscunque priuilegiis, immunitatibusque scholasticis et exemptionibus dationum, almae nostrae universitati concessis a seneriss. dominio Veneto, atque in nostro libro statutorum insertis. Ipsum propterea immunem et exemptum, pariter et omnia bona, famulos, nunciosque suos esse volumus ab omni datij, gabellae, regalium et quarumcunque represaliarum solutione. Hortamur itaque et praesentium tenore iubemus omnes et singulos datij presidentes, datiarior, eorumque ministros et officiales, praesertim civitatis Venetiarum, fluminum. palaterios, portitores, quarumlibet civitatum portarum custodes sereniss. duc. dominij Venetorum, ut infrascriptum, famulos, ac nuntios suos

cum bonis et rebus tam mobilibus, quam se mouentibus cuiuscunque generis et conditionis pro se et familiae suae usu necessarijs, et honorificis, ad civitatem hanc venire, transire, redire, emere, conducere, vendere absque alicuius datij, et gabellae, regalium, portorii transitus, pontium, repraesaliarum, et introitus solutione permittant, Quae omnia de jure et ex nostrorum statutorum forma facere tenentur, et obligati sunt sub poena librarum XXXXX etc. In quorum fidem has nostras per infrascriptum cancellarium nostrum fieri, et nostrae universitatis: solito sigillo communiri iussimus. Datae Patauij, ex off. universitatis nostrae, die 28. mensis Januarij et anni 1600. Dns Ioannes Melcerus Eperjeszy Vngarus. Testatur Iohan a Falkenhan inclytae nationis Germanicae consiliarius. — Ioannes Willanus canc. mpria.»

Míndezeket összefoglalva a következő képet nyerjük:

A bemutatott jogi tételek írója Melczer János (a leszármazási sorozat szerint a családban e néven II-ik), fia Melczer Péternek, ki az atyjának I. Kristófnak 1558. október 31. adományozott címeres nemesi levélben két testvérével II. Kristóffal és I. Jánossal már megnevezve van.

Az író szépatyja, Wernher György, és nagyatyjának sógora, gyalui Torda Zsigmond ismeretes hazai történelmi írók.

Az értekezés ajánló soraiban felhossa az író, hogy a tanulmányaiban való segedelmet neki nagybátyja, fentemlített I. János nyújtotta, a ki később Litvaniában halt el, mint Báthory István lengyel király követője.

Az író maga 1600-ban lett a paduai egyetem matrikulájába beírva.

Hazájába visszatérve, Berzeviczy Veronikát vette nőül; az akkori Eperjesi tanító nászverse közelebb lett újból közzétéve.

Családi ügyeinek rendezése, különösen a sajátkezűleg irt osztálylevélből is a klasszikus tanulmány tűnik ki; a család mai napig megőrizte az általa használt Horáczius és Juvenalis, velencei őskiadású műveket.

Haláléve ismeretlen, de hosszú életű nem lehetett, miután özvegye másodsor Rutkay Pálhoz ment nőül.

Az író magát az értekezésben, mint a páduai matrikulában, a humanisták módjára, diákosan Melcerus Eperjeszynek írja. A család 1650-ig csakugyan az Eperjesi előnevet használta; csak

miután az író menyje, III. János özvegye, Kékedi Kata, kérte fel adományilag a kellemesi birtokot, azóta nevezi magát e család mai napig kellemesi Melczereknek, megkülönböztetésül az országban s a szászok közt kivált, nagy számmal található, de rokonsági kötelékben nem levő, ily nevű családoktól. Ezen elnevezés amúgy is iparos foglalkozásra mutat, mint például: Szabó, Kovács, Kerékgyártó.

Az értekezésben használt Eperjeszy írásmód arra mutat, hogy az író, a szülő helyével szomszédos, és a külföldön ismertebb lengyel ortografiát használta, hogy a magyar *S*-et valóban ennek olvassák, melyet az egyes betűvel ellentétben, *Sz*-vel hangoztatja a lengyel a magyar orthoepeia szerint.